

*Pius II. an NvK (Breve). Er weist höflich die Bedenken des NvK zurück, die Reise zum Tag von Mantua fortzusetzen. Trotz der Abwesenheit des Kaisers könne der Tag ein Erfolg werden.*

*Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Arm. XXXIX 9 f. 31<sup>r</sup>.*

*Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 173f. Nr. XXVII.*

*Erw.: Pastor, Geschichte der Päpste II 46 Anm. 2 (mit Auszug); Meuthen, Die letzten Jahre 48-50, 107.*

Pius papa II legato Urbis de non eundo ad dietam respondet.

Dilecte fili. Salutem etc. Accepimus litteras tuas et intelleximus, quid de hac profectioe nostra ad dietam Mantuanam existimes.<sup>1)</sup> Non dubitamus circumspectionem tuam pro eius in nos et fideli caritate et desiderio conservande apostolice existimationis ita sentire, nosque omnia in bonam partem accipimus et tibi gratias agimus. Verum ex his, que variis ex locis accipimus, non putamus ipsam dietam etiam absente imperatore ita infructuosam futuram, sicut est quorundam opinio, multique respectus nos tenent, ut personaliter, sicut toti orbi promissum est<sup>2)</sup>, illuc accedamus.

Quia tamen contraventa sunt nobis incognita et interim supervenire preter spem nostram plurima possunt, cum Bononiam pervenerimus<sup>3)</sup>, illic subsistemus, et videntes quantum in ipsa dieta effici possit et quid in primis expediat, de omnibus consilium certius capiemus, eandem circumspectionem tuam hortantes et requirentes in domino ut, sicut semper fecisti et facis, non desinas quotidianis commemorationibus nobis ostendere, quid optimum factu existimes. Nam etsi iudicium nostrum cum tuo conventurum semper non sit, tamen officium hoc caritatis erit nobis carissimum, et speramus ut plurimum nos in bonis operibus idem sensuros quod tua circumspectio. Datum Senis prima aprilis anno primo.

---

8 contraventa: *em.* contraventum. 11 desinas: *em.* destinatas.

---

<sup>1)</sup> Vgl. bereits oben Nr. 5769.

<sup>2)</sup> Vgl. die Bulle ‚Vocavit nos pius‘ (1458 Oktober 13), s.o. Nr. 5769 Anm. 1.

<sup>3)</sup> Der Papst hielt sich vom 9. bis 16. Mai 1459 in Bologna auf; s. Pastor, Geschichte der Päpste II 48; Meuthen, Die letzten Jahre 174 Anm. 4.